

Johann Joachim Schoepffer

Johan. Joachimus Schöpffer/ J. U. D. ... Memoriam Viri ... Dn. Francisci Wolffii, S. S. & Ph. D. ... cum exuviæ ejus Hamburgi d. 30. Jun. An. MDCCX terræ mandaretur, Civibus Academicis O. O. Honoratissimis recolendam pieque custodiendam publico hocce Programmate commendat

Rostochii: Weppling, 1710

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774705140>

Druck Freier  Zugang



114
JOHAN. JOACHIMUS Schöpffer/

J. U. D. & Prof. Comes Palat. Cæsar. Sereniff. Ducis Meck-
lenb. Conſiliar. & Cancellariæ Vice-Director, Academiæ Rostoch.
hodie PRO-RECTOR,

MEMORIAM,

*VIRI MAXIME REVERENDI, AMPLISSIMI atque EXCEL-
LENTISSIMI*

**DN. FRANCISCI
WOLFFII,**

S. S. Th. & Ph. D. longe Celeberrimi, A-
cademiæ hujus quondam Prof. Publ. Ecclesiæ ad D. Mar. Prim.
Pastoris Vigilantissimi, & Rev. Ministerii Rostoch.
Directoris Gravissimi,

Postea

Ecclesiæ Nicolaitanæ apud Hamburgenses

Pastoris longè optimè meriti, Rev. Ministerii Con-Se-
nioris Gravissimi & Scholarchæ Spectabilissimi,

cum exuviæ ejus Hamburgi d. 30. Jun. An. MDCCX
terræ mandarentur,

Civibus Academicis O. O. Honoratissimis

recolendam pièque custodiendam

*publico hocce Programme
commendat.*

ROSTOCHII, Typis Joh. Wepplingii, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.



Ortalitati quamvis obnoxii sint; quotquot in hanc vitam nascuntur, omnes; est tamen, quod mortalitati eripit mortales, & ipsâ etiam in morte inter mortales immortales reddit. De Ecclesiâ Reque Christianâ publicâ qui in hac vitâ benè merentur, id agunt, ut mortuî olim vivant, & ex hoc mundo sublatis, sint velut in mundo degentes, dum non apud eos solum sui relinqvunt desiderium, qui eos viderunt audiveruntve; sed feræ etiam posteritati sui imprimunt memoriam, ipsorum merita ex æquo æstimaturæ. Et talium Virorum nomina in pretio tam à præsentibus haberi, quam successuris commendari, æqvum omninò atque fas est. Idcirco, dum promeritus id, si quis alius, est, cujus luctuosissimum ex hac vitâ abitum jam nunc condolet universâ orthodoxa Christi Ecclesia, Vir quondam Maximè Reverendus, Excellentissimus atque Amplissimus, DN. FRANCISCUS WOLFFIUS, SS Theolog. & Phil. D. Celeberrimus, nostræ olim Academiae Logices primùm, tum Theol. Prof. Publ. Collegiî Professorum Senatoriî Senior, Ecclesiæ ad D. Mariæ Primariæ Pastor Vigilantissimus, & Rev. Ministeriî Director Fulgidissimus, ultimùm ad ædem D. Nicolai apud Hamburgenses Pastor Fidelissimus, Rev. Ministeriî ejus loci Con-Senior atque Scholarcha Gravissimus, justum est debitumque nostrum, ut ejusdem nomen immortalitati nos etiam consecremus, famamque conservemus in Academia pariter

riter

riter atque Ecclesiâ nostrâ. Postulant id summa Optimi Viri merita nunquam intermoritura, jubet id Academia, in quâ duplex sustinuit Professorium manus, deposcit Ecclesia, quam & purâ doctrinâ, & vitâ irreprehensibili, & salutaribus consiliis aliquot per lustra ædificavit. Ut igitur constet, quantum Ecclesia Orbisque Literatus in hoc Virum amiserit, vitæ ejus curriculum, quantum quidem ad nostram pervenire notitiam potuit, breviter omniqve sine verborum ornatu, quem temporis angustia nimiaqve festinatio prohibent, describemus. Utqve ejus ab initio initium scripturæ hujus ducamus, lucem hanc primùm adspexit in, per celebri Pomeraniæ Svecicæ emporio, Stralesunden- si Civitate, Anno O. R. MDC XLIV. die 13. Octobris. Prognatus autem fuit à Parentibus integerrimæ vitæ famæqve honestissimæ. Genitorem quippe veneratus est Virum Spectatissimum, B. DN. EG- GERTUM WOLFFIUM, dicti loci Civem ac Mercatorem florentissimum. Matrem est osculatus Matronam virtutibus sexus sui admodum conspicuam, B. CATHARINAM Bentschen. Prima optimorum horum Parentum cura fuit, ut, quem corrupto ex semine à se progenitum noverant, regeneraretur ex aqvâ & Spiritu, quò, qui naturâ filius iræ esset, DEO reconciliatus Regni Cœlestis hæredum adscriberetur numero. Deinde temporis nil quidquam omisere eorum, quæ ad commodam educationem teneræque ætatis institutionem facere posse rebantur. Quod ut feliciter procederet, studiis literarum filiolum huncce suum initiari curarunt, commissum ductui ac informationi celebris tum Musi-

ci ejus loci, DN. ELIÆ WOLTERSdorffii, ut & DN. JOHANNIS ALBERTI, ejusdem Scholæ Collegæ, tandemq; ve & Sub- Rectoris eruditissimi, DN. CASP. MOVIL. Quorum Præceptorum fidelissimâ adjutus institutione fundamenta in humanioribus, ceu vocantur, literis non contemnenda cum jamjam posuisset, singularis quidam casus ab illis eum abstracturus videbatur. Cum enim, nescio quo facto, puer adhuc lapsu periculosissimo in undas præcipitatus fuisset, & non sine speciali DEI providentiâ inde extractus, (quod aperto fati indicio est, novisse DEUM servare ab omni casu, quos Ecclesiæ suæ multum commodi olim præstituros præscit) Beati Parentes rei mercatoriæ operam addicere suam ipsum jusserunt, quem etiam in finem Amstelodamum, Emporium apud Batavos quaquaversum orbis patet celeberrimum, navi vectus adiit, ut eò plus nancisceretur occasionis, quomodo talia tractanda negotia sint, addiscendi. Sed domum reversus, deprecatus hoc quicquid erat negotii, efflagitantibus id cumprimis, qui antea eum erudiverant, Præceptoribus, utpote, quibus elegantissimum Discipuli ingenium cognitum fati fuerat atque probatum, consentientibus tandem Parentibus, Scholæ iterum traditus ad pristina Literarum Studia majori rediit cum ardore. Ita navigia cum Athenis, mercaturam cum literis commutavit, informatione usus optimorum tum temporis Gymnasii patrii præcipuorum Præceptorum, Con- Rectoris, DN. Nicolai Bruggemanni, & DN. M. Hieron. Staudu, posteaque DN. Tobia Spradleri, utriusque Rectoris. Præeuntibus illis, tam eximios felici successu progressus

gressus fecit , ut eorum ex consilio principes adire
Scholas , quas Academias vocitare suevimus , in
animum induxerit. Praeferebatur reliquis tum ipsa
haec Varniaca Schola , Viris & ingenio & meritis
praefulgentibus splendide coruscans. Appulsum
huc Anno 1665. aetatis annum vigesimum primum
agentem in Studiosorum numerum cooptavit Magni-
ficus tum Rector , Dn. M. HENR. DRINGENBER-
GIUS , Ebr. Ling. & Catech. Christ. P. P. Studia heic
commorantis formarunt Viri Excellentissimi su-
praque laudem nostram positi , & Philosophica qui-
dem B. DN. D. CHRIST. KORTHOLTUS , Graec.
Liter. heic , posteaque in Kiloniensi Holsatorum A-
cademiâ S. S. Theol. Prof. Publ. Prim. nec non B.
Dn. M. *Herm. Beckerus* , Metaph. & Phys. tum , deinde
autem Mathem. P. P. & ad D. Jacobi Pastor optimè
meritus ; Theologica verò Dn. *Joh. Quistorpius II.*
Theol. D. & P. P. dictæque mox ædis Jacobæ Pastor
ac Rev. Minist. Director , Dn. *Henr. Müllerus* , Theol.
D. P. P. Past. Marianus ac R. Min. Urbici Superintend.
Dn. *Aug. Varenus* , Th. D. P. P. Consiliar. Consist.
Ducal. & Superint. Distr. Mecklenb. omnes jam du-
dum inter cœlites triumphantes. Biennio apud
Nostros omnium bonorum cum applausu transacto ,
alias quoque in visere Academias consultum sibi duxit ,
plantas , sicubi alieno inferuntur solo , felicius ple-
rumq; crescere expertus. Jenensis itaqve Academiae
famâ allectus iter eò direxit , atq; d. 19. Aprilis Anno
MDCLXVII. abs Rectore ejus Magnif. B. DN. *Georg.
Gætz* , Moral. Phil. P. P. postea Theol. L. & Su-
perint. General. Jenens. matriculæ Academicæ adscri-

ptus fuit. Ubi non minori cum ardore & industriâ
Præceptores suos audivit, Philosophos: *Gatzium* modo
laudatum, *Fridem. Bechmannum*, Log. & Metaph. *Cass.
Posnerum*, Phys. *Erb. Weigelium*, Mathemat: *Joh.
Andr. Bofium*, Histor: *Phil. Müllerm*, Eloqv. pu-
blicos eâ tempestate Professores; Theologos item:
D. Joh. Musæum, *D. Jo. Ern. Gerhardum*, *D. Seb. Nie-
mannum*, Viros omnes, quorum æterna est in orbe
Literato memoria. Fixerat quidem Jenæ sibi Studio-
rum sedem, non tamen ad alias etiam excurrere A-
cademias negligebat; sed *Wittebergensem* etiam
atque *Lipsiensem*, nec non *Erffortensem* salutabat, in
hac potissimum, qui Pontificiis sacri sunt externo
in cultu, ritus observaturus. Jena verò, postea-
quam & ingenium solertissimum, & industriam nun-
quam remissam, & utriusque ope, Deo largissimè
benedicente, comparatam eruditionem solidam om-
nibus probasset, has ejusce coronare dotes cupie-
bat, collato ipsi An. MDCLXIX. per manus Bra-
beutæ, laudati antea *Phil. Mülleri* supremo in Philo-
sophia Gradu, seu Magisterio, uti vocare solemus,
& ita quidem ut XIII. inter Candidatos primum ei
locum ex merito assignaret Ampliff. Fctas. Quo
Gradu ornatus ejusdem privilegiis uti cepit, tum
varias Prælectiones Philosophicas studiosæ juven-
tis in gratiam instituendo, tum difficiliore nonnul-
las materias, ut Præses, in publicis Disputationi-
bus ventilando, è quibus in nostram notitiam per-
venere *Dispp. de Potentia Dei; de Scientia DEI Media,*
opposita Adr. Heereboord, contra quem asseritur, DEum
non in decreto voluntatis humane determinativo scire futura
libe-

libera conditionata; de Multipresentia simultanea unius corporis. Quæ singulare ingenii acumen solidamque eruditionem spirantia specimina effecere, ut Adjunctis FCtatis Philos. eâ in Academiâ fuerit adscriptus, cum pro Loco, ceu loquuntur, in FCtate obtinendo Disputationem *Theses Miscellaneas Selectiores ex quibusdam Disciplinis Philosophicis* exhibentem publico examini d. 12 Maji An. MDCLXXI. proposuisset. Non ferebant res ejus, qui diutius se heic retineri pateretur Beatus Noster; quamobrem eo ipso anno in Patriam redux factus ad vicinam Sundio Gryphiswaldensem Regiam Pomeranorum Universitatem sese contulit, convictu gaudens ac familiari conversatione *Dn. Joh. Michaelis*, SS. Theol. D. & P. P. Past. in æde Jacobi & Consist. Reg. Adsess. quondam Celeberrimi. Sed Roseti nostri haud immemor, primam hanc Academicorum suorum studiorum nutricem iteratò salutavit medio autumno Anni MDC LXXI. Tum autem hîc ita favere illi fortuna cepit, ut in notitiam pervenerit Illustri tunc Cancellarii Mecklenburgici, *DN. Jo. Siuteri*, postmodum Reipubl. Hamburgensis Consulis Magnifici, qui dona ejus atq; virtutes justo pretio æstimans, eadem Sereniss. Principi ac Domino, *DN. GUSTAVO ADOLPHO*, Duci Mecklenb. & Academiæ hujus Patrono Magnificentiss. gl. record. omni meliori modo commendavit. Isque Divinus, solidè doctis neminem majoris existimans Princeps B. Virum publicam Philosophiæ Rationalis suscipere Professionem jussit, ad quam obeundam An. MDCLXXII. d. 16. Febr. præviâ oratione inaugurali, solenni ritu introductus fuit. Quam spartam per quinquennium
egre-

egregiè ornavit, habitis frequentibus; maximo dis-
scientium cum applausu, Prælectionibus & publicis &
privatis. Inciderunt etiam in manus nostras non-
nullæ interea temporis propositæ ab ipsomet Dis-
putationes Logicæ, ut de *Natura Prædicationis in ge-
nere*, hab. An. 1672. De *Prædicationis Divisionibus duab-*
us, An. 74. De *Univocis*, An. 75. De *Syllogismo*, in qua
nonnullorum, qua de structura, figuris, modis & reducti-
onibus Syllogismorum in Compendiis passim solent tradi,
rationes investigantur & explicantur, An. eod. Plura num
ediderit Philosophica Scripta compertum quidem nobis
non est. De eo autem ex Ampliff. FCtatis Philosophicæ
membranis constat, bis eum Decanatus sustinuisse mun-
atq; honores, Anno nimirum septuagesimo tertio, &
septuagesimo quinto, utraqve vice per semestre æsti-
vum. Anno autem M DCLXXVI. extra ordinem,
ad quendam Promotionis actum accelerandum, ab Am-
pliff. FCtate Decanus fuit constitutus, quando d. 27. A-
prilis sex Candidatis, *Salom. Hofwerberg* / Pastorem
Jemtelandia - Svecum, *Fridr. Nic. Jillerum*, Colon-
March. *Joh. Justum Mohr*, Corbach. Waldec-
cum, deinceps Scholæ Senatoriæ heic loci Rectorem, *Sim.*
Grotens / Rostoch. *Joh. Quandium*, Regiomont. Boruff.
Joh. Gottfried. Bergstadt / Sufato-Westphal. Summis in
FCtate Phil. honoribus ac Privilegiis maectavit. Quæ
prima fuit promotio post illos Aõ 1675. in ipsâ Paschatis
parascevascicâ vesperâ excitatos tumultus, in quibus
sceptra Academica â furore plebis confracta, unde Am-
pliff. FCtas, ne quid splendoris actui Promotionis de-
esset, sua sceptra argentea Academicorum in locum
furro-

surrogare habuit : quod posterorum memoriae relin-
quendum, testante propriae ejus manu, ipsemet B. Vir
judicavit. Elapso quinquennio, per quod Philoso-
phiam heic docuerat ipse, contigerat Viri aeternae me-
moriae, laudati supra *D. Henr. Mulleri*, beata ἀνάλυσις,
unde & Pastoratus Marianus & Professio Theologica
Senatoria vacabat. Quandoquidem igitur Ampliff.
ac Prudentiff Urbis hujus Senatus & Academiae Com-
patronus singularia B. Nostri dona abundè cognoverat,
nec meliorem *Mullero* successorem inveniri rebatur,
expetiit ab eo, qui sese Ecclesiae Pastore suo orbatae
praesentari permetteret. Quam in re divinum agnoscens
nutum, An. M DC LXXVI. mens. Octobr. *δοκιματικῶς*
habuit de suggestu concionem, eo cum applausu ac
approbatione, ut unanimi omnium consensu Primariae
urbis Ecclesiae Pastor eligeretur, atq; ad commissum,
sibi officium introduceretur. Nec multo post Pro-
fessionem quoque illam, cui praesuerat *Mullerus*, ei-
dem commisit Ampliff. Senatus. Quam cum, ex recepto
in hac Academia more, plenè defungi non poterat, ni-
si supremo eam in Fcitate Gradu ornatus, Anno 1680.
autumnali tempore Wittebergam concessit, ubi, praes-
viis Lectionibus Cursoriis, quas vocant, ex 2. Theff. II.
de *Papa homine peccati* & defensam sub Praesidio Magni
Theologi, B. D. *Abrab. Calovii*, cujus nomen omnium
in ore geritur, Inaugurali Disputatione de & ex *Formu-
la Concordiae*, ab ipsemet Praeside, quae ejus Academiae
consuetudo est, Candidato praescriptam, Doctoris Theo-
logi decus & axioma obtinuit. Quo ornatus ad
concreditam suae curae utramque cathedram reversus
est, duplicique hoc in officio eum se semper gessit,
qualem speraverant omnes. Curam animarum ita e-
git, ut qui probe edoctus erat, de singulis earum.

B

se

se DEO olim rationem reddere teneri. Perver-
 sos fulmine Verbi terreat: afflictos leniebat erige-
 batque dulcedine consolationum. Quæ alios docue-
 rat, ipsemet vitâ & praxi exprimebat, vivum virtu-
 tum Christianarum exemplum. Indequæ & venera-
 tionem, & timorem, & amorem omnium concilia-
 verat sibi. Promeruerat ita, cui etiam Directorium
 Rev. Ministerii hujus loci concrederetur. Et nemo
 ullus fuit, qui non seriò optasset, ut ne tantum Vi-
 rum abs Ecclesiâ Rostochiensî auferri permetteret, qui
 Pastores animarum nobis dat, DEUS, Ecclesiæ tutor.
 Nec minus in Academia Studiosorum juvare studia
 omnibus annis viribus est, ceu testari queunt, quot-
 quot non sine fructu ejus egressi ex Schola sunt.
 Cum soliditate perspicuitatem conjungere in docen-
 do solebat, omnia convertere in usum Auditorum.
 Grata adhuc agnoscit Academia nostra, quas pro e-
 jus salute insumsit curas vigiliasque. De qua inter
 alia etiam optimè meritus est ter ejus Rectoratum
 gerendo, primum An. 1674. per semestre æstivum, ite-
 rumque An. 1681. postremum An. 1684. ultimis his vi-
 cibus semestri hyberno. Nec memoria nostra exciderunt,
 quas de cathedra Academica propositas admirabili cum
ânge & acumine defensitavit, Disputationes. E quibus
 ad manus nunc nobis sunt: *De Transsubstantiationis Pontif-*
ficia absurditate, hab. Aõ. 1681. *De DEO Trinuno, Creatore*
universorum & Moderatore, Aõ 1682. *De Resurrectionis*
Mortuorum possibilitate, probabilitate & certâ veritate,
 Añ. 83. *De Communionè sub unâ*, Añ. 84. *De Justitiâ*
Originali Protoplastorum naturali, Aõ. 97. *Collegium The-*
ologicum Disputatorium, XIX, continens Disputationes,
 quod continuari prohibuit B. Viri abitus ad Hambur-
 genses, Contingebat autem hic Anno 1697. circa S.
 Je-


Johannis Festum. Etenim cum ab insignibus, quibus Deus eum exornaverat, concionandi dotibus ubique quam commendatissimus esset, nec eam Hamburgi ignorarentur, ad Pastorum Ecclesiae Nicolaitanae hinc evocabatur. Cumque de vocatione legitimam ac divinam certus esset atque convictus, vocantem Deum sequutus est, munereque sibi demandato ad extremum usque vitae halitum ita functus, ut memoriam ejus apud Hamburgenses nulla unquam delitura oblivio sit. Sed nolo de his plura. Ab officiis publicis ad domesticas Viri beati res brevissimis enarrandas memet convertam. Cum, velut supra memoravimus, Professor Logices in hac Alma constitutus esset Beatus Noster, de propria familia ordinanda cogitationes suscepit. Et ita rem direxit Deus, ut matrimonio ipsi jungeretur, accedente Anno 1673. d. 29. Octobris sacerdotali benedictione, Nobilissima tum Virgo ac virtutibus, quae muliebrem sexum ornant, omnibus maxime conspicua, ANNA SCHUCKMANNIA, Viri quondam Maxime Rever. Excell. atque Amplissimi, Dn. HERMANNI SCHUCKMANNI, S.S. Theol. D. Celeberr. Sereniss. Ducis Mecklenburgi, DN. GUSTAVI ADOLPHI Concionatoris Aulici Primarii ac Confessionarii, Ecclesiarum in Principatu Henoto Superintend. & Consilii Ecclesiastici Praesidis, de omnibus officiis longe meritisissimi, atque Honestissimi Matronae MARGARETHAE Lembckensis ex fulgidissima apud nos Lembckiorum familia prognatae, filia natu maxima. Quam concors hocce fuerit conjugium, ipsi nos haec vidimus atque mirati sumus. Idem utriusque velle, nolle utriusque idem. Placuit hoc ipsum ipsi Deo, unde non unius duntaxat generis in illud effudit benedictiones. Cum primis prole fecundum, quod vel ipso Spiritu Sancto teste divinae benedictionis testimonium est, existit conjugium istud, ex quo tredecim procreati liberi fuere, sex superioris, septemque sequioris sexus. Filii B. Viri sunt Vir plurimum Reverendus, Ampliss. atque Clariss. DN. HERMANNUS, ad D. Nicolai Hamburgi Ecclesiastes optime merens, in quo singulare fuit, quod is Genitori suo non solum specialis Collega & cooperarius

datus

datum, verum & ab ipso met illo ordinatus ad S. istud officium est
atque introductus. B. MATTHÆUS, Rev. Minist. Hamburg. Adjun-
ctus & in ergastulo Concionator ordinarius, qui post peregrina-
tiones per Angliam Bataviamque magnam de se in omnium ani-
mis concitaverat spem, sed præmaturâ morte, non sine ingenti
Parentis dolore, ex hac vitâ abreptus. FRANCISCUS, in tenerimâ
ætate Cælo redditus. Iterum FRANCISCUS, S. S. Theol. Cultor
perstrenuus, ac Rev. Minist. Cand. dignissimus. EGGERTUS & JA-
COBUS CHRISTOPHORUS, qui in Gymnasio Hamburgensi
optimis literis sedulam operam navant. Filix vero sunt Præ-Nu-
bilissima magnisq; virtutibus fulgidissima fœmina, CATHARINA
MARGARETHA, Præ-Nobilis. Consultis. atque Excellentis. DN.
MATTHIE ~~SE~~WIN in hac Academiâ Cod. P. P. O. Celeberrimo,
Collegæ nostro ac Fautori æstimatissimo nuptum data. ANNA MA-
RIA & AGNETA BEATA beatudine æternâ jam dudum fruun-
tur, in primâ infantia Angelorum choro aggregatæ. Superfunt
in hac mortalitate Virgines Virtutum cum Parentum sanguine in
ipsas derivatarum amantissimæ eximisque donis exornatissimæ,
ANNA DOROTHEA, CHRISTINA SOPHIA, ANNA ELISA-
BETHA & MARIA. Quibus in hac, qua major nulla esse potest,
afflictione Spirit. S. solatio efficacissimo adsit, optamus atq; vovem9.
Et hæc pauca sunt, CIVES HONORATISSIMI quæ de Magni hu-
jus Viri vitâ commentari licuit, de quâ longe plura dicenda forent,
nisi summa me temporis premeret penuria. Ultima ejus quod atti-
net, accepimus, ipsum ab aliquot jam annis virium corporis decre-
menta persensisse, ante aliquot autem septimanas in gravem in-
cidisse morbum, qui mediâ ferè nocte inter 23. & 24. mensis hujus
diem hanc ipsi eripuit vitam, ut cum Deo viveret sine fine. Exani-
me corpus Hamburgi hodie ad beatam usq; , quam speramus, re-
surrectionem terræ mandabitur, cui cum, locorum ob distantiarum,
ultimum exhibere honorem inter lugentes intercedendo, nobis
licitum non sit; id tamen agamus, CIVES O. O. HONORATIS-
SIMI! ne tanti Viri inmemores vivam9. Percepistis, quantum meritorum
Academix pariter atque Ecclesix nostræ olim præstiterit ipse. Gra-
tâ igitur memoriâ hæc recolamus, virtutes Viri imitemur, relictis
viduæ, liberis, ceterisque contanguinitate ac affinitate ipsi junctis,
casum hunc acerbissimè lugentibus solatia & bona quæq; appre-
cemur, tandem & propriam nostram mortalitatem, imò toti-
us hujus mundi vanitatem meditemur. Valere!

P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. 30. Junii Anno MDCCX.

ptus fuit. Ubi non minori cum ardo
Præceptores suos audivit, Philosophos :
laudatum, *Fridem. Bechmannum*, Log. &
Posnerum, *Phyf. Erb. Weigelium*, M
Andr. Bosium, Histor: *Phil. Müllerum*
blicos eâ tempeſtate Profefſores; The
D. Joh. Muſæum, *D. Jo. Ern. Gerhardum*
mannum, Viros omnes, quorum æteri
Literato memoria. Fixerat quidem Je
rum ſedem, non tamen ad alias etiam
cademias negligebat; ſed Witteberge
atque Lipſienſem, nec non Erffortenſem
hac potiſſimum, qui Pontificiis ſacri
in cultu, ritus obſervaturus. Jena
quam & ingenium ſolertiſſimum, & in
quam remiſſam, & utriuſque ope, D
benedicente, comparatam eruditionem
mnibus probaſſet, has ejuſce coronare
bat, collato ipſi An. MDCLXIX. per
beutæ, laudati antea *Phil. Mülleri* ſupre
ſophia Gradu, ſeu Magiſterio, uti voc
& ita quidem ut XIII. inter Candidato
locum ex merito aſſignaret Ampliſſ. E
Gradu ornatus ejuſdem privilegiis uti
varias Prælectiones Philoſophicas ſtudi
tis in gratiam inſtituendo, tum difficili
las materias, ut Præſes, in publicis
bus ventilando, è quibus in noſtram r
venere Diſſp. *de Potentia Dei; de Scienci*
opposita Adr. Heereboord, contra quem aſſer
non in decreto voluntatis humana determinati



libera conditionata; de Multipresencia simultanea unius corporis. Quæ singulare ingenii acumen solidamque eruditionem spirantia specimina effecere, ut Adjunctis FCtatis Philos. eâ in Academiâ fuerit adscriptus, cum pro Loco, ceu loquuntur, in FCtate obtinendo Disputationem *Theses Miscellaneas Selectiores ex quibusdam Disciplinis Philosophicis* exhibentem publico examini d. 12 Maji An. MDCCLXXI. proposuisset. Non ferebant res ejus, ut magis se heic retineri pateretur. Beatus N. ... em eo ipso anno in Patriam redux ... ndio Gryphiswaldensem Regi ... ritatem sese contulit, cor ... nversatione Dn. Joh. ... t, in æde Jacobi ... berrimi. Sed ... hanc Acade ... iteratò saluta ... XXI. Tum au ... pit, ut in notitiam ... ellarii Mecklenburgici, Reipubl. Hamburgensis ... na ejus atq; virtutes justo ... bereniff. Principi ac Domino, OLPHO, Duci Mecklenb. & Academia ... no Magnificentiff. gl. record. omni melior ... commendavit. Isque Divinus, solidè doctis nemine ... majoris existimans Princeps B. Virum publicam Philosophiæ Rationalis suscipere Professionem jussit, ad quam obeundam An. MDCLXXII. d. 16. Febr. præviâ oratione inaugurali, solenni ritu introductus fuit. Quam spartam per quinquennium egre-

